FAUNA JAPONICA
CONTINUATA

QUAM
VENIA. EXP. FACULT. MED. UPSAL.
PRÆSIDE

C. P. THUNBERG

COMMENDATORE REG. ORD. DE WASA
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. REG. COLL. SANIT. MEMB. HON. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. UPS. LOND. HOLM. AGRIC. MED. ET EVANG. SOCIET. OECON. UPSAL. PATR. HOLM. ET. CIV. OECON. FINL. HONOR. WERMEL. JUNEC. WESTM. CALM. ET ÖREBR BEROL ET LIPS. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. MOSCOU. ET HALENS. HIST. NAT. GORENK. PHILAD. LUND. HARLEM. AMSTELD. OECON. ET INST. LITT. ZELAND. NIDROSIENS TURICENS. IENENS. LINN. LONDIN. ET HORTICULTUR. REG. SCIENT. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. SCIENT. GOTHOB. MONACH. ERLANG. WETTER. NANCIENS. MARPURG. MED. PARIS. EMUL. ET LINN. MONSPEL. MED. MATRITENS. MED. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. ET PETROP. MEDICO CHIR. ET PHARMAC. MEMBRO NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. ET INSTITUT NATION. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

P. P.

ALEXANDER MAGNUS AHLSTRÖM
STIP. STJERNCREUTZ. VERMELANDUS

IN AUDIT. BOTANICO DIE XXVI MART. MDCCCXXIII.

H. A. M. S.

UPSALIÆ,
EXCUDEBANT REGIÆ ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

PROSTEN OCH KYRKOHERDEN

HÖGÅREVÖRDIGE

HERR **LARS HEDRÉN**

OCH

HÖGÄDLA

FRU **MARIA CAJSA HEDRÉN**

FÖDD MILDE

vördnadsfullt tillegnadt

af

A. M. AHLSTRÖM.

KONUNGENS

TROTJENARE, LIEUTENANTEN

HÖGÅDLE

HERR PÄR OLOF AHLSTRÖM

SAMT

HÖGÅDLA

FRU JOHANNA AHLSTRÖM

FÖDD SMEDBERG

tackſamt tillegnadt

af

A. M. AHLSTRÖM.

V. PASTORN

VÅLÅREVÖRDIGE

HERR OLOF LINDEGREN

vänskapsfullt

af

A. M. AHLSTRÖM.

De Huldaste Föräldrar

tillegnadt

af

Sonlig Kärlek.

Prodiit anno proxime præterlapſo, ſub moderamine Dom. Præſidis, particula de Animalibus nonnullis, quæ alunt remotisſimæ inſulæ japonicæ, quarum res naturales e tribus Naturæ regnis diu et diutisſime nobis ignotæ fuerunt, et quarum magna adhuc pars ignota invenitur.

Illuſtris Peregrinator, Dom. Doctor Kæmpfer non paucas deſcripſit, delineavit et in Amoenitatibus ſuis exoticis publici juris fecit plantarum japonicarum ſpecies; nemo vero, ante ad regnum japonicum adventum Dom. Præſidis, Regni Animalis ſpecies obſervavit, vel eorum Catalogum cum Erudito Orbe communicavit. Plura horum in Disſertationbus Dom. Præſidis, de novis Inſectorum ſpeciebus inprimis innotuerunt, et in Actis Societatum litterariarum variis ſparſa.

In priori particula Faunæ japonicæ Dom. Wernberg, Calmarienſis, Catalogum dedit illorum japonicorum Animalium et Animalculorum, quem capere potuerunt paucæ Disſertationis paginæ, et nobis reliquit illa enumerare Animalia, quæ adhuc partim in Itineris ſui parte quarta, partim alibi recenſuit Dom. Præſes. Hæc in unum colligere, forſan non erit inutile, ut completa ſit, quantum fieri poteſt, Fauna Japonica.

Tuum erit, B. L. conatibus noſtris favere, atque boni et æqui conſulere, quæ hucusque detegere potuimus in Regione, Europæis difficillime patula, et ubi rerum naturalium Scrutatori vel diligentisſimo exigua conceditur

libertas, vel omnino nulla, curioſitati ſuæ aliorumque Zoologorum ſatisfaciendi.

In Japonia licet occurrant plures Libri botanici, non niſi unicum invenit Dom. Præſes, Animalia indigena tractantem, cum figuris rudibus. Hunc Librum rariſſimum videre licet in Bibliotheca Academiæ Upſalienſis. E cupro vel aliis materiis conficiunt quidem Japonenſes figuras artificioſas Inſectorum, quas Europæis vendunt; hæ vero, licet naturam quodammodo repræſentent, adeo tamen rudes inveniuntur, ut exinde ſpecies ſecure non poſſint dijudicari vel determinari.

Mammalia.

Mus rattus.
Mus muſculus.

Aves.

Corvus corax.
Ardea alba.
major.
Anas anſer.
querquedula.
Tetrao coturnix.
Columba oenas.
Loxia pyrrhula.
oryzivora.

Pisces.

Salmonis ſpecies.
Tetraoden hiſpidus.
Oſtracion cornutus.
Syngnatus hippocampus.

Insecta.

Anobium ruficolle.
Coccinella 4 puſtulata.
Chryſomela pallida.
æſtuans.
Bupreſtis ruſtica.
ignita.
vittata.
elegans.

Dermeſtes violaceus.
Cicindela catena.
Scarabæus æruginoſus.
Hiſter unicolor.
Mordella aculeata.
Ptinus fur.
Meloe proſcarabæus.
Caſſida nobilis.
Silpha æſtiva.
Cerambyx rubus.
Lampyris compreſſa.
Staphylinus erythropterus.
riparius.
Forficula auricularia.
Cimex brunneus.
Tetyra grandis.
Cydnus niger.
Lygæus augur.
Reduvius hiſpidus.
Blatta orientalis.
germanica.
gigantea.
Mantis religioſa.
naſuta.
Gryllus naſutus.
Acheta gryllotalpa.
Papilio argiolus.
rapæ.
C album.
Thrax.
Hecate.
Proteus.
Aſcanius.
Phlæas.

Hemerobius perla.
Agrion puella.
vigo.
Apis mellifica.
Veſpa parietina.
Muſca carnaria.
japonica.
albifrons ?
Syrphus cæſar.
domeſticus.
Scæva mellina.
Ortalis vibrans.
cynipſea.
Scatophaga fimetaria.
Hæmatopa pluvialis.
Stomoxys calcitrans.
Tipula phalænoides.
ruficollis.
femorata.
Culex pipiens.
Pagurus diogenes.
Aſtacus fluviatilis.
Albunea dorſipes.
Oniſcus oceanicus.
aſellus.
Monoculus polyphemus.
Pulex irritans.
Pediculus humanus.
Julus terreſtris.
Lepisma ſaccharina.

Papillio Cardui.
Niphe.
Noctua chi.
paranympha
Phalæna nymphæata.
prunata.
immutata.
amataria.
Pyralis ocellaris.
Tortrix viridana.

Vermes et Testacea.

Sepia octopus.
ſepiola.
Aſterias rubens.
Lepas balanoides.
Solen legumen.
bullatus.
ſtrigilatus.
Tellina ſolidula.
lactea.
albida.
Cardium ruſticum.
Venus virginica.
decusſata.
rotundata.
tigerina.
cancellata.
verrucoſa.
pectinata.
exoleta.
Mactra violacea.
lutaria.
Oſtrea lima.
pellucens.
plica.
maxima.
folium.
fornicata.
Anomia plicatella.
cepa.
terebratula.
Pinna nobilis.
Argonauta argo.
Conus ſpectrum.
Cypræa mauritanica.
ſerpentis.
Voluta mercatoria.
Buccinum galea.
ſpiratum.
nitidulum.
lapillus.
Bulla ampluſtre.
ampulla.

Maćtra ſtultorum.
Arca antiquata.
undulata.
pella.
barbata.
Spondylus gæderopus.
Chama antiquata.
lazarus.
Mytilus hirundo.
barbatus.
bilobus.
margaritiferus.
Trochus conulus.
veſtiarius.
pharaonis.
Nerita canrena.
Haliotis tuberculata.
Patella ungarica.
ſaccharina.
ungvis.
nubecula.
barbara.
coerulea.
Serpula arenaria.
triquetra.
ſpirorbis.

Bulla phyſis.
ſpelta.
Murex tritonis.
aluco.
ſaxatilis.
antiquus.
Strombus luhuanus.
Turbo bidens.
ungulinus.
Madrepora porpita.
Iſis entrocha.
Tubipora muſicalis.
Teredo navalis.
Belemnites.
Umbilici veneris varii.

THESES.

I.

Hiſtoriæ Naturalis ideam nemo ſane legendo percipiet perfectam, ſed quo ad naturæ ipſius penetralia propius quisque accedat, eo habebit puriorem.

II.

Omnis enim notio rerum naturalium, quæ non ex ipſa ſumitur natura, manca admodum eſt et jejuna, quin etiam haud raro in avia et errores deflectit.

III.

Neque vero is, qui ſacris naturæ initiari cupit, uſum quendam et utilitatem, quam inde capiat, reſpicere debet, ſed, pulchritudine ipſius rei commotus, liberrimo animo veritatem inveſtigare.

IV.

Qui medicinam omnino jubeant reſpuendam, quia errans interdum, ſpem indigentium fallit, ſolem e mundo, quia æſtuantibus nonnumquam caloribus arva ſegetesque lædit atque perurit, ſublatum volunt.